Fragmentarium

ducum. & ululatum exercitus. Numquid per
ſapientiam tuam plumeſcit accipiter.
Expandens expandit alas ſuas ad auſtrum.
Aut ad preceptum tuum elevabitur aquila.
& in arduis ponet nidum ſuum. In petris
manet. & in preruptis ſilicibus commoratur.
atque inacceſſis rupibus. Inde contemplatur
eſcam. & delonge oculi eius perſpiciunt. Pulli
eius lambunt ſanguinem. & ubicumque fuerit
cadaver ſtatim adeſt. Et adiecit dominus &
locutus eſt ad iob. Numquid qui contendit
cum deo tam facile conquieſcit. Utique qui
arguit deum. debet reſpondere ei. Respon
dens autem iob. domino dixit. Qui leviter locutus
ſum. reſpondere quid poſſum. Manum
meam ponam ſuper os meum. Unum locutus
ſum quod utinam non dixiſſem. & alterum
xl. quibus ultra nichil addam. Reſpondens
autem dominus iob. de turbine ait. Accinge
ſicut vir lumbos tuos. interrogabo te &
indica michi. Numquid irritum facies iudicium
meum. & condempnabis me ut iuſtifice
ris. Et ſi habes brachium ſicut deus. & ſi
voce ſimili tonas. circumda tibi decorem.
& in ſublime erigere. & eſto glorioſus. & ſpe
cioſis induere veſtibus. Diſperge ſuperbos in
furore tuo. & reſpiciens omnem arrogan
tem humilia. Reſpice cunctos ſuperbos
& confunde eos. & contere impios in lo
co ſuo. Abſconde eos in pulvere ſimul.
& facies eorum demerge in foveam. &
ego confitebor quod ſalvare te poſſit dex
tera tua. Ecce behemoth quem feci tecum.
21. fenum quaſi bos comedet. Fortitudo eius
in lumbis eius. & virtus illius in umbili
co ventris eius. Conſtringit caudam ſuam
quaſi cedrum. nervi teſticulorum eius perplexi
ſunt. Oſſa eius velut fiſtule eris. cartila[...]

gladium eius. Huic montes herbas f[...]
omnes beſtie agri ludent ibi. Sub um[...]
dormit in ſecreto calami. & locis hum[...]
Protegunt umbre umbram eius. Circu[...]
dabunt eum ſalices torrentis. Ecce ab[...]
bebit fluvium. & non mirabitur. habet [...]
duciam quod influat iordanis in os e[...]
In oculis eius quaſi hamo capiet eum[...]
& in ſudibus perforabit nares eius. An e[...]
here poteris leviathan hamo. & fune l[...]
bis linguam eius. Numquid pones c[...]
culum in naribus eius. & armilla perfora[...]
maxillam eius. Numquid multiplica[...]
ad te preces. aut loquetur tibi molli[...]
Numquid feriet tecum pactum. & acc[...]
es eum ſervum ſempiternum. Numqu[...]
illudes ei quaſi avi. aut ligabis eum [...]
cillis tuis. Concident eum amici. [...]
dent illum negociatores. Numquid [...]
plebis ſagenas pelle eius. & gurguſti[...]
piſcium capite illius. Pone ſuper eu[...]
manum tuam. memento belli. nec ultr[...]
addas loqui. Ecce ſpes eius fruſtrabi[...]
eum. & videntibus cunctis precipitabi[...]
Non quaſi crudelis ſuſcitabo eum. Qu[...]
enim reſiſtere poteſt vultui meo. Q[...]
ante dedit michi ut reddam ei. Omn[...]
que ſub celo ſunt mea ſunt. Non parc[...]
ei verbis potentibus. & ad deprecandu[...]
compoſitis. Quis revelabit faciem ind[...]
menti eius. & in medium oris eius quis
intrabit. Portas vultus eius quis aperi[...]
Per girum dentium eius formido. Cor[...]
illius quaſi ſcuta fuſilia. & compactu[...]
ſquamis ſe prementibus. Una uni coniung[...]
& ne ſpiraculum quidem incedit per ea[...]
Una alteri adherebunt. & tenentes
ſe nequaquam ſe[...]

License: public_domain – Leuven, Archief van de Abdij van Park, VIIIB20/98, Fol. [2]r – Bible (https://fragmentarium.ms/view/page/F-eo6m/6736/56578)